



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Gregorivs Armenivs Ep. 30. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

.SEPT.
anū esse
ul men-
imperat,
RONY-
ondent,
quām
ne cor-
jam mi-
um age-
tuba illa
ue vint-
in mo-
inecuria
hos lon-
mollie,
agmina
ore pro-
etu, ut
n se pa-
se infe-
m vixit,
NYMO
em vero
denique
ans vo-
mulum
vita &
S.GRE.

30. S.E.P.T. Vitæ Sanctorum.

537

S. GREGORIUS ARMENIUS EP.

30. Septembris.

GREGORIO huic nostro patria cognomen Armeno fecit. A Tiridate rege suppliciis , quantis vix ullus alius martyr , exercitus duravit tamen inter mille mortes nunquam mortuus. Darem catalogū cruciatuum. sed non capit hos scheda hæc : totum illi librum vitæ implent. Tibi hoc sufficiat, Lector: non ferenda tulit: non dicenda nobis fecit. Itaque victor in omnibus pugnis demum in cisternâ altitudine suâ & fœtore horridâ ipsos annos X. & IV. triumphavit , cum annum diurnam panem unum matrona vidua subministraret. Inter hæc Agni auspiciis in Armeniam advenit totum virginum agmen. Ducebat Gainna antistita : formâ verò inter omnes eminebat Ripsinis , cuius cum castitatem oppugnatum iret Diocletianus , fugit scilicet illa , vincere docta Parthorum more. Sed Tiridates rex non minus Diocletiano in virgine dictâ periit. Offendit tamen in Amazones , vitam eripere potuit omnibus , Christum sponsum ne uni quidem, quamvis nec illud impunè. Audi enim quisquis cum Vlysse Circxam non fugis Venerem. Tiridates, Deo sic voléte, cum animum humanum jam nuper exuisset , nunc

M m

cor-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

538 *Vita Sanctorum.* 30. SEPT.

corpore etiam in porcum abiit, mundaque non fictum Elpenora spectandum dedit. Sed neque setas prius posuit, quam ex cisternâ extractus Gregorius crucis templaque Christo, & quod caput est, populu sacrasset. Tum enim & rex fordes posuit & sacro lavacro lotus cum hominis schemate mores etiam humanos recepit. Mirabantur tunc hominem in porcum immigrasse. magis ego miror familiare hoc nobis miraculum & quotidianum admirationi non esse. Ex Surio.

OCTO.